

XLII

Excecat ardor luxurie. calor enim nimis ignis excellens in mini sereno solis visus exurit et sepe cecitate inducit. Nam dum per calorem humor crystallinus qui est in oculo presumitur cecitas in oculo generatur et hec est causa que illi cecant qui sole in rota circa meridiem diutius contemplantur. Sic boves excecant dum ignis exteri ardens ante oculos alicuius presentatur quem aspiciere cogit. nam contra luxuriosos dicitur in psalmo. Succedat ignis et non viderit sol. succedat ignis scilicet luxurie et non viderit sol. supple iusticie. unde per dalmidam sanonem excecat est sicut habet iudicum. xvj. unde dicitur de senibus. Dan. xij. qui auerterunt oculos suos ne videret ce. Nullum enim vicium sic oculum rationis subvertit aut sic brutalem hominem facit sicut luxuria. Et nota quod cecitas anime curat felle. id est in pena. curat etiam melle. id est in solatione divina. curat etiam per penitentiam vilitatis consideratione. Dico quod cecitas anime humane curatur felle. id est amaritudine penitentie. nullum enim tam grave peccatum est quod non cordis amaritudine abstergat et quod non fletibus oleat. sic ait Ambrosius. et hoc felle illuminatus est. Thobias eiusdem. xi. Secundo illuminatur quando homo melle scilicet dulcedine consolationis diuine quando quod dulcedine illa degustat necesse est ut omnia terrena despiciat. unde dicitur in Regum. xiiij. quod postquam ionathas comedit de melle illuminati sunt oculi eius. Tercio illuminatur quando homo consideratione vilitatis penitentie. quod homo dum de se vilius sentit. et sua fragilitate attendit. ad verum lumen currit et si lumen ab eo recipit. Exemplum in Job qui dixit. Compatus sum luto et assimilatus sum faulle et cineri. nihil igitur vtilius ad domandum carnis lasciuia et ad illuminandum animas quam cogitare qualis homo sit futurus in morte.

In die Lenerii Sermo. xliij

Reuertere reuer.
Sunamitis reue. re. ut intueamur te. Can. vj. Quam isto tempore precipue intendit ecclesia peccatores a deo auersos per peccatum ad

ipsum per penitentiam reuocare. Sed quidam sunt sic per peccatum auersi ut non solum non velint reuertentia ad deum ut saluentur et viuunt. imo potius fugiunt dicentes deo illud Job. xij. Recede a nobis sciam vias tuas nolimus. ut presumunt et peccant. ideo introducit scriptura ecclesiam per sensum dei iporum peccatorum reuocatiuum dicens Reuertere re. et potest autem illud deum diuinitatem esse vel angelicum ad animam peccatricem reuocanda. In quo quidem deus vel angelus lustraria facit. nam primo explicat defectum anime delinquentis cum dicit. Sunamitis. scilicet quod duplicat reuersionem anime fugietis cum quater dicit. reuertere. tercio desiderat aspectum ipsius anime reuertentis cum dicit. ut intueamur te. In illis psalmo. Audi filia et vide et.

Ad primo ergo notat defectum anime delinquentis cum dicit. Sunamitis. quod interpretatur misera captiua et mortificata. quod anima peccato mortali ter misera efficitur dum bonis operibus tam gratuitis quam naturalibus spoliatur. o quanta est miseria anime peccatricis quam ipsa ad imaginem dei et similitudinem facta tamen se vilificat ut de dei sponsa efficiatur adultera dyaboli et ad modum suis volute in volutabulo luti et in sceno peccati. sed mirabile est quod tanta est peccatorum miseria ut se miseram non reputet sed se licet. et tanto se felicior estimat quanto in peccatis amplius se profundat. Sicut mulieri se pingenti que se reputat pulchriorem quanto se profundat. Nota et exponit. tales reprehenduntur. Apo. iij. Dicitur quod diues suum locupletatus et nulli indigeo. et nescis quod miser es et miserabilis pauper cecus et nudus. Suadeo tibi emere auro ignitum probatum ut locuples fias et vestimentis albis induaris ut non appareat confusio nuditatis tue. Captiua quod dyabolo subiungatur. qui enim facit peccatum seruus est peccati. Hec est illa captiuitas. de qua dicit psal. Tradidit in captiuitatem virtutem illorum et pulchritudinem illorum in manus inimici. Noxia efficitur. quod per peccatum a deo elongatur qui est vita eius. Sicut enim corpus sine anima mortuum est. sic anima sine deo mortua fore nullus dubitat. unde dicitur Eze. xvij.